



~~SM.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.  
VI-73. ———  
SIGNAT. cIbIbCCCXIII.



2. F. F. 2. S.  
COLLEGII  
LOGICI  
REPETITORII

*Disput. II.*  
DE PRÆDICAMENTIS AC  
POSTPRÆDICAMENTIS.

*Quam*  
PRÆSIDE  
PRÆEXIMIO CLARISSIMO QVE VIRO,  
DN. M. JACOBO WÄCHTLERO

Amplifs. Philosoph. Facult. Adjunct. dignissimo,  
Fautore ac Præceptore suo ætatem con-  
lendo,

*In Acroaterio Majori*

ad diem 16. Decembr.

*Placide Eruditorum ventilationi*

*submittit*

PETRUS Bohlmann /

Magdeburgensis, Auctor.

\*\*\*\*\*

WITTENBERGÆ, Typis Johannis Haken. 1668.





Q. B. V. D.

Qu. 1. An Prædicamenta sint pars Logicæ  
essentialis? Aff.

**P**Rob. quia (1) notiones definiendi logicas (2) ordines prædicandi materiales ostendunt, sine quibus Logica (3) finem consequi suum non potest; ideò enim (4) res per genera & differentias,  $\kappa\tau\ \beta\acute{\alpha}\tau\ \&\ \eta\acute{\alpha}\ \kappa\tau\ \pi\lambda\acute{\alpha}\tau\ \&$ , in certas disponit classes, ut constet, quænam consentiant  $\sigma\upsilon\nu\omega\nu\acute{\upsilon}\mu\omega\varsigma$ ;  $\acute{\omicron}\mu\omicron\gamma\eta\acute{\omicron}\epsilon\alpha$  nempe  $\eta\acute{\alpha}\ \acute{\upsilon}\pi\acute{\alpha}\lambda\lambda\eta\lambda\acute{\alpha}\ \tau\epsilon\tau\alpha\gamma\mu\acute{\iota}\alpha$ ; & quæ  $\pi\alpha\rho\omega\nu\acute{\upsilon}\mu\omega\varsigma$ ;  $\acute{\epsilon}\tau\epsilon\rho\gamma\acute{\epsilon}\nu\epsilon\alpha$ ,  $\eta\acute{\alpha}\ \&\ \acute{\epsilon}\lambda\acute{\alpha}\tau\tau\omega\ \tau\acute{\omega}\ \mu\epsilon\iota\zeta\acute{\omicron}\nu\omega\nu\ \kappa\alpha\tau\eta\gamma\omicron\rho\acute{\epsilon}\mu\mu\alpha$ . Ab Individuo enim (quod *radix in essendo est*) si ordine tendas ad genus summum (quod *radix est in cognoscendo*) Species & Genera prædicabis: ad latus verò si pergas, in unâ & eadem classe Differentias habebis; ex diversis etiam clasibus conjunctis, *Propria & Accidentia*. Frustra Prædicabilia forent, si non essent Prædicamenta. Usus horum est 1.  $\acute{\omicron}\rho\theta\epsilon\tau\iota\kappa\acute{\omicron}\varsigma$ . 2.  $\Delta\iota\epsilon\iota\rho\epsilon\tau\iota\kappa\acute{\omicron}\varsigma$ . 3.  $\kappa\alpha\tau\eta\gamma\omicron\rho\epsilon\iota\kappa\acute{\omicron}\varsigma$ . 4.  $\delta\iota\omicron\rho\theta\omega\tau\iota\kappa\acute{\omicron}\varsigma$ . frustra 5.  $\omega\gamma\gamma\omega\varsigma\iota\kappa\acute{\omicron}\varsigma$ . *Obj. 1.* Perpetinere illa ad Metaphysicam, quia *realia entia* dividant atque disponant. *Resp.* sed non *realiter*, seu quâ talia; verùm *notionaliter*, quatenus vel synonymicè vel paronymicè subjici vel prædicari possunt; ideoque *secundis notionibus* substernuntur. Licet itaque Prædicamenta *materialiter*, secundum notiones primas, quodammodò sint communia: non tamen *formaliter*, seu quoad modum considerandi. *Obj. 2.* Sed tamen entia in Prædicamentis considerari *realiter*, cum Metaphysicos terminos, canones, ac limitationes unicuique Prædicamento vulgò supponant. *Resp.* supponunt; ac non ex *necessitate*, sed ex *liberalitate*, ac propter discipulum: imò & *imperfectè*, non *perfectè*: omnia hoc fine, ut ordinatio illa *notionalis* confirmetur & exactius cognoscatur. *Distingv.* ergò inter Logicam *absolutam* & *respe-*

*reflectivam, abstractivam & concretivam, habitualem & systematicam.* Obj. 3. Logica Ens in Substantiam & Accidens non dividit; E. nec de iisdem agere potest. Resp. 1. non tam dividit, quàm divisionem alibi fundatam, *notionaliter* usurpat, *instrumentaliter* ordinat. Obj. 4. Ad *Topicam* rectius illa reduci. Resp. N. differunt enim & *formâ* & *sine*: confundi ergò non debent. Obj. 5. Logica tota de notionibus secundis est: Prædicamentalis autem doctrina de rebus ipsis. Resp. *materiale* à *formali* est distingvendum. Obj. 6. Logica modum differendi tradit, non ergò Prædicamenta. Resp. 1. Finis ultimus non excludit intermedios. 2. *subordinata* non sunt *opposita*.

*Qu. 2. An Prædicamenta pertineant ad partem Logicæ specialem? Neg.*

*Prob. 1.* Quia ad operationem mentis primam, in generali parte considerandam, pertinent. 2. quia non immediatè, syllogismi materialem offerunt partem. 3. quia non *probandi*, sed *predicandi* materiam ac modum tradunt. Obj. 1. Operationes intellectus ad Physicam spectant. Resp. *materialiter* quidem & *absolutè*: omninò tamen *formaliter*, quatenus *notionibus secundis* juvantur, ad Logicam. Obj. 3. Prædicamenta non resultant ex operatione mentis primâ, quia *realia entia* ordinant. Resp. ordinant, non *combinandâ*, sed *disponendo*, id est, *consensum* atque *disensum* eorandem, per *simplices terminos*, *notionaliter* quoad *enunciandi potentiam* representandò: nec Enunciationes, nec Syllogismos *actu* efformant: etiamsi deinceps in *actu exercito* & *mediatè* illos ipsos ingrediantur.

*Qu. 3. An in Prædicamentis de rebus ipsis agatur? Aff.*

*Prob. 1.* quia notionibus ibi secundæ iis imponuntur. 2. fundamentum enim notionis secundæ est notio prima. Ita 3. *Substantia, Quantitas, Qualitas &c.* realia utique entia sunt. Obj. 1. Logica tractat modum differendi; non ergò res ipsas. Resp. modus tamen *differendi*, pro *subjecto*, res ipsas habet: modumque atque materiam *predicandi* prærequirit. Obj. 2. Totam Logicam esse

esse de notionibus secundis. *Resp. formaliter*: sic tamen ut ob-  
jectivè respiciat res ipsas, in quibus etiam radicaliter illæ fun-  
dantur. *Obj. 3.* Traduntur in Prædicamentis elementa *Enuncia-*  
*tionum* ac *Syllogismorum*, qui tantùm constant significantibus  
verbis, non ipsis rebus significatis. *Resp. non tantùm.* Notio-  
nes enim Logicæ formaliter ipsarum rerum imagines & signa  
ubique sunt, ideoque illis opponi non debent exclusivè. *Obj. 4.*  
In Prædicamentis divisiones *notionum* seu *vocum* fiunt. *Resp.*  
in totâ etiam Logicâ idipsum fit: ita tamen, ut voces illæ non  
supponantur *materialiter* saltem & quoad *sonum*: sed utique  
*formaliter* & quoad *sensum*, quatenus, ut ante dictum, ipsarum  
rerum imagines sunt.

*Qu. 4. An Incorrumpibile sit in Prædica-  
mento? Aff.*

*Ratio*; quia neque corruptibilitas neque incorruptibili-  
tas rem à compositione Logicâ, seu à *Prædicabilium impositione*,  
liberat. *Obj. 1.* Ergò Deus etiam in Prædicamentis est; quia &  
is incorruptibilis. *Resp.* Disting. inter incorruptibile *simpliciter*  
& *secundum quid*, finitum & infinitum. Argumentum est à  
particulari. *Exc.* At omne finitum corruptibile: E. nullum fi-  
nitum incorruptibile. *Resp.* ut ut ab *extra* sit corruptibile, nō ta-  
men omne ab *intra*. Sic homo corruptibilis: Sol & Angelus in-  
corruptibilis. *Obj. 2.* Corruptibile & incorruptibile non ha-  
bent idem *genus*. *Resp.* *Physicum*, sub uno & eodem respectu: ut-  
rique tamen idem *genus Logicum*, vel proximum vel remotum.  
*Obj. 3.* Contrariorum contraria ratio. Ergò si corruptibile in Præ-  
dicamento, non incorruptibile. *Resp.* Canon ille valet quoad  
prædicata *realia*: non quoad *notionalia*. Notionale est, esse in  
Prædicamēto. Quâvis etiâ *contraria* hîc nō sint, sed *cōtradietoria*.

*Qu. 5. An Angeli sint in Prædicamento? Aff.*

*Prob. 1.* quia finitæ substantiæ 2. ex *Genere* & *Differentiâ*  
compositæ sunt, & 3. sustinent *accidentia*. *Obj. 1.* Atqui sunt a-  
ctus puri, essentia *simplices*. *Resp.* non *simpliciter* & *infinitè*, ut  
solus Deus: sed *respectivè* & *comparatè*, *Physicæ* nimirum com-  
positionis expertes; non *Logicæ*. *Obj. 2.* Si habent *Genus* &

Differentiam, habebunt quoque *materiam & formam*. *Resp.* est fall. æquiv, *materia* nonnunquam dicitur *Genus* ac *Differentia forma*; at non in sensu *Physico*, sed *Logico*. *Obj.* 3. Res corporeæ & incorporeæ nō possunt esse sub eodē *Genere*. *Resp.* omninō; *Opposita* enim *differentia* ista in *Generis* conceptu esse non debet. *Genus* intellige *Logicum*, non *Physicum*.

Qu. 6. An privationes & negationes sint in  
Prædicamentis?

*Resp.* Non directè & per se; sed reductivè & per *Accidens*. *Ratio*: neque enim *Genere & Differentiâ* constant, quia *essentiam* prorsus non habent; sed ejus absentiam denotant. Quia tamen quodammodo & in iis fundari *Noëmata Logica* possunt, ideoque reduci ad classes entium solent, κατ' αναλογίαν. *Obj.* 1. *Mors*, directè in *Prædicamento* ponitur, quia *Species motus* est; etiamsi sit *privatio*. *Resp.* Impropiè. *Propriè*, vitæ adesse debet, absentia est, negatio *Entis*; ideoq; nec in *Prædicamento* directè. *Apparens motus* ac *Metaphoricus*; non verus & realis. *Obj.* 3. *Frigus, nigredo &c.* privationes sunt, directè tamen in *Prædicamento*. *Resp.* Est fall. æquiv. *Privatio* ibi pro *ignobilitate* accipitur, ἀκύρωσις; non propriè, pro *Entis*, adesse debiti, negatione. *Obj.* 3. *Privationes, e.g. tenebræ*, operantur, *E. Entia realia* sunt, & in *Prædicamento*. *Resp.* actiones & passionnes tenebrarum *apparentes* sunt, non *veræ*; per *accidens* tales, ac indirectè.

Qu. 7. An Entia rationis sint in Prædicamento?

*Resp.* directè, non. *Ratio*: quia *essentiam, Genere & Differentiâ* constantem, non habent; nec enim *Substantia*, nec *Accidentia* reverâ sunt. *Obj.* 1. *Species intelligibiles & habitus omnes Entia rationis* sunt; nihilominus tamen in *Prædicamento*. *Resp.* dicuntur *entia rationis* impropiè & subjectivè: non propriè & objectivè. *Obj.* 2. *Entibus rationis* objectivè talibus, *notiones secundæ Logicæ* imponi possunt. *E. sunt* in *Prædicamento*. *Resp.* est arg. à partib. A *notionibus* quibusdam ad *notiones*  
ia



in specie Prædicamentales N.V.C. Deinde & ibi tantum *Analogia* est. *Obj. 3.* In *objecto Logico* includuntur. E. & in Prædicamentis præcognoscantur. *Resp. 1.* ad objectum pertinent *secundario*. 2. falsa hypothesis est, *objectum Logice adæquatum in Prædicamentis contineri.* *Obj. 4.* Sunt in Prædicamento *Signi.* *Resp.* Hoc otiosum quorundam figmentum est. *Obj. 5.* Notiones secundæ ipsæ sunt in Prædicamentis, e.g. *Genera, Species, & Differentiæ.* *Resp. Est fall. amphibol.* Sunt in Prædicamentis *instrumentaliter*; non *materialiter*, aut *principaliter.* Cavenda hic *Metonymia.*

*Qv. 8. An Entia per accidens sint in Prædicamento?*

*Resp.* Ens per accidens ratione *cause*, quod sic per accidens, utique est in Prædicamento: modus enim productionis essentialis rei neque variat, neque multiplicat. Sed Ens per accidens, *ratione essentia*, quod est *unum* per accidens, *ex pluribus entibus completis & accidentaliter conjunctis ortum*, in Prædicamento non est; quia sub certo & uno locari *Genere* non potest. *Obj. 1.* *Quando, Ubi, Situs & Habitus* sunt in Prædicamentis: etiam si Entia per accidens, cum ex prioribus entitatem habeant, superadditis tantum respectibus quibusdam *Resp.* *Accidentia illa formaliter & abstractè* non nisi *Substantiarum denominationes* seu respectus sunt: entia per accidens *proprie* non sunt. *Obj. 3.* *Numerus, e.g. centum,* est Ens per accidens, & tamen in Prædicamento *Quantitatis.* *Resp. 1.* *Numerus,* quatenus *numerus,* non est Ens per accidens *proprie* dictum, quia concipitur à nobis *per modum unius*, quomodo etiam *scientia* esse *objectum* potest. *Obj. 3.* *Habitus disciplinares, Metaphysicæ, Physicæ, Geometriæ &c.* esse *Qualitatis species,* nec tamen Entia *per se*; sed habituum plurimorum partialium aggregationes. *Resp.* omninò sunt Entia *per se,* & habitus *simplices. Partiales* ibi notitiæ, in *unum completum habitum,* per se co. & sub-ordinantur, non aggregantur. De *Habitibus* loquimur, non de *Systematibus.* Definiuntur *iidem Genere proprie dicto:* Entia ergò *per aggregationem* esse non possunt. *Obj. 4.* Totum hetero-  
gene-

geneum, v.g. homo, quia ejus partes integrantes unitæ intrinsecè non sunt, est Ens per accidens, & tamen in Prædicamento. Resp. Est fall. caus. Ens n. per accidens idcirco non est; nã partes istæ completa Entia non sunt: quia ab unâ etiam formâ substantiali ad constitutionem unius perfecti Entis coinformantur.

Qu. 9. An Concreta sint in Prædicamento?

Resp. indirectè, non directè: in resolutione, non in concrecione. Ratio, quia pro diversitate rerum concrecentium ad diversas pertinent classes. Obj. 1. Concretum substantiale, quod ex materiâ & formâ coalescit, tamen est in Prædicamento. Resp. est ign. Elench. quæritur enim de Concreto Logico seu Metaphysico: non de Physico: cum enim corpus naturale sit Ens per se, etiam erit in Prædicamento. Obj. 2. Substantiæ secundæ, Genera & Species, etiam Concreta & ex Individuis, seu Substantiis primis compositæ sunt; in Prædicamentis tamen directè. Resp. est petit. princip. Concreta non sunt; nam Abstracta sunt: Nec enim ex Individuis componuntur; sed potius ab Individuis abstrahuntur. Obj. 3. Accidentia in Concreto cognoscuntur meliùs, quàm in Abstracto. Jam verò finis Prædicamentorum est, cognoscere res, E. in Concreto potius ad Prædicamenta pertinent, quàm in Abstracto. Resp. est petit. prime. Accidentium enim distincta & intellectualis cognitio fieri non potest in Concreto. Nec Logica finis hic est cognoscere, sed ordinare prædicamentaliter. Obj. 4. Concreta accidentalialia tamen definiuntur, ac Genus ex Prædicamento Substantiæ plerumque sumunt. e.g. Calidum est corpus &c. Resp. Non omnis affirmatio definitio est. Subjectum ibi enunciatur; Genus autem non affirmatur. Calidum enim Species corporis non est. Obj. 5. Habitus Philolophici sunt Entia concreta; nihilominus tamen in Prædicamento Qualitatis. Resp. est fall. ex equiv. Habitualiter enim & abstractè spectati, etsi fortè componi dici quodammodo possint, Entia tamen concreta sive per accidens, strictè sic dicta, non

non sunt. *Obj. 6.* Individua sunt concreta, quia variis accidētibus immersa: & tamen sunt in Prædicamento. *Resp. formaliter* eadem spectari debent, non *materialiter*; ratione *essentia*, non ratione *existentia*. *Obj. 7.* In Prædicamento locantur completa; Concreta sunt completa, e.g. *album*; Abstracta verò incompleta, e.g. *albedo*: hæc n. componit istud. *E. Resp. 1. per instantiam*: etiam Substantia componit illud. *E.* Substantia non erit in Prædicamento. 2. est *fall. equiv.* Concreta, v.g. *album, calidum*, sunt completa *participialiter*, sed non *nominaliter*; nec enim sunt Entia *per se*: cum tamen in Prædicamento completa, *nominaliter* talia, collocentur.

*Qv. 10. An & Æquivoca sint in Prædicamento? Neg.*

*Prob. 1.* Æquivocum neque est Genus, neque Species, neque Individuum: nec *Synonymum*, nec *Paronymum*, sed *Homonimum*. 2. quia æquivoca sæpe significat res distinctorum Prædicamentorum. 3. quia propter conceptuum incertorum pluralitatem subterni Generi certo non possunt. *Obj. 1.* Individua sunt ambigua, & tamen directè in Prædicamento. e.g. *Taurus, Venus*. *Resp.* Disting. inter ipsum *Individuum*, & ejus *nomē*. 2. inter *Æquivocum confusum*, quatenus adhuc ambiguum est; & *distinctum*, quatenus jamjam ex intentione loquentis, aut ex substratâ materiâ, ab ambiguitate liberatum. Individua *quatenus ambigua*, nec Individua certo, nec in Prædicamento sunt: benè tamen, quatenus *distinctè* apprehensa. *Obj. 2.* Si Æquivoca non sunt in Prædicamento, res nullæ erunt in Prædicamento. Nulla enim res, quæ non ambiguo vocabulo exprimat. *Resp.* Simpliciter à *vocibus* ad *res* ipsas, N.V.C. Res in Prædicamento sunt, non ut *per Homonyma*; sed ut *per Synonyma* vel *Paronyma* expressæ & conceptæ. Ideoque tum voces accipi debent in *sensu genuino*, ambiguitate solutâ.

*Qv. 11. An decem Prædicamenta sint? Aff.*

*Prob. 1.* ex quibusdam demonstrationibus, quas recenset *Regius l. 2. disp. Log. probl. 1. p. 331. & sqq.* 2. Nullum in totâ univers-

veritate finitum Ens est, quod non ad horum summorum Ge-  
 nerum quoddam pertineat. 3. ex facili ac firmâ majoris vel mi-  
 noris numeri refutatione. Quando enim *1. objiciunt*, Unum  
 tantum Genus generalissimum; puta Ens. E. unum tantum mo-  
 dō Prædicamentum. *Resp. 1. est pet. princ.* Ens esse Genus: la-  
 tior saltem conceptus est, quia non adest, quō ad *Species* con-  
 trahatur. *Obj. 2.* Duo E. sunt Prædicamenta; *Substantia* sal-  
 tem & *Accidentis*. Hæc enim Genera duo reverâ summa. *Resp.*  
*iterum pet. princ.* est. *Accidens* enim Genus non est; nec *Diffe-*  
*rentia* strictè sic dicta datur, quâ ad *Species* coarctetur. *Obj. 3.*  
*Tria* esse Prædicamenta; *Substantia*, *Qualitatis* & *Actionis*; quia  
*Quantitas*, *Relatio*, *Habitus* & *Ubi*, sint *Species* *Qualitatis*; *Situs*  
 & *Passio* ad *Actionem* pertineant. *Resp.* Iterum committunt *pe-*  
*tit. princ.* Summa Genera ista, *generalissimi* isti conceptus, quo-  
 modo cadant sub *Qualitatem*, cum ab hæc *formaliter* differant?  
*Obj. 4. Ubi* & *Quando* tamen ad *Quantitatem* pertinent; *Actio*  
 & *Passio* realiter non differunt, ideoque faciunt unum Prædica-  
 mentum. E. *Resp. ad 1. Est pet. princ.* Diversimodè *Substantiam* &  
 afficiunt, & denominant: *formaliter* etiam distinguuntur. *Ad*  
*2.* Licèt *Actio* & *Passio* *materialiter* idem sint; *formâ* tamen  
 differunt. *Forma* dat distinguvi. *Obj. 5.* Addendum decem illis  
*Prædicamentum Signi*, quo *Entia* rationis referri queant, cum &  
 iisdem *notiones* secundæ *Prædicamentales* imponi possint. *Resp.*  
*Est fall. causæ.* *Notiones* illæ & *Transcendentalibus* imponun-  
 tur, quorum tamen *natura Prædicamentali coarctationi* repu-  
 gnat. Deinde *notiones* illis imponuntur tantum *ἀναλόγως*,  
 per *proportionem*: nec *Genera* sunt, nec *Species*, reverâ: *infra-*  
*prædicamentalia* manent.

Qv. 12. An Deus in Prædicamento Substan-  
 tiæ sit & Neg.

1. Non directè, quia sub *Genere* nullo, tanquam *Species*,  
 aut *Speciei Individuum* est, neque per *Differentiam* vel *speci-*  
*ficam* vel *individualement* contrahitur. Est enim Ens simplicissi-  
 mum, simpliciter infinitum, actus purissimus, nec ullo modo  
 compositus; aut sub ullâ compositione, vel aliâ quacunque  
 im-

Imperfectione concipiendus. Neq; II. *indirectè* aut *reductivè*; sic enim creaturis imperfectior & ignobilior fieret: ἀτοπων. Neq; III. *analogicè*. Analogia enim communitatem quandam cum aliis habent, ideoque & componunt, cum tamen *Triunus* ille Deus sit ἁγία ὑπερῶτος, *Ens penitus incomprehensibile ac singularissimum*. Obj. 1. Deus est Ens per se subsistens, E. *Substantia* est, & in Prædicamento Substantiæ. Resp. 1. *distingv.* inter Substantiam *Logicam & Metaphysicam*. Logica Substantia non est, nec enim *sustinet Accidentia*, neq; *patitur Differentiam*: ideoque nec Substantia *prima*, neq; *secunda*: sed *Metaphysicè* Substantia, singularissimo modò subsistens. 2. Non omnis Substantia est etiam in *Prædicamento Substantiæ*, sicut nec omne *Accidens* in *Accidentium Prædicamenti*. Exc. 1. Nihil obstat vel *Infinitas*, vel *Simplicitas Dei*, quo minus in Prædicamento poni queat. Nam & *Angelus simplex*, *Linea infinita* in prædicamentò. Resp. est *El. Simil.* Angelus est simplex, non *infinite* ut Deus; sed *determinatè*, id est, *Physicè* non compositus. *Linea* etiam (si datur) dicitur *infinita*, non in *Entitate*, sed saltem in *Quantitate*; in *extensione*, non in *perfectione*. Solius Dei essentialis nobilitas atque infinitas, *Differentiæ Logicæ* incapax est. Exc. 2. Imperfectio tantùm in *Signo rationis* est; non in *Signo Rei*; in *conceptu*, non in *objecto*. Deum itaque sub *Genere* aliquo summo concipi, non repugnat: Denominatio duntaxat extrinseca est. Resp. *Conceptus* autem ille non tantum *imperfectus*, atque *confusus*; sed etiam *falsus* est, ac *impius*, ea representans, quæ Deo repugnant. Quod enim *Genere* ac *Differentiâ* caret, simpliciter & propter contradictionem, quomodo per *Genus* ac *Differentiam* in *Prædicamentò* disponi potest? Exc. 3. Compositio ex *Genere* & *Differentiâ*, non est *realis*, sed *rationis* tantùm. E. non repugnat *simplicitati Divinæ*. Resp. omninò repugnat. Maxima enim falsitas est, si *infinite simplicem* rem, sub *conceptu compositivo* comprehendas. Exc. 4. Sed non repugnat, Deum dici *Subiectum*, *Predicatum*, *Majorem*, *Minorem* &c. Resp. Est *El. par.* Notiones hæ sunt *generaliores*, nec ullam imperfectionem *formaliter* important. Ab his ad illas *N. V. C. Exc. 5.* Liberandæ sunt illæ ac purificandæ. Resp. fieri

non potest : nam *forma* rei ; salvâ reipsâ, mutari non potest.  
 Species v.g. *Species* non est, si non ex *Genere* & *Differentiâ* com-  
 posita sit. *Exc. 6.* Provocatur ad *Aristotelis*, *Melanchthonis*, ali-  
 orumque auctoritatem. *Resp.* & magni errant. Seculo aliquid  
 condonandum. Magis amica veritas. *Obj. 2.* Quicquid est  $\alpha$ . In-  
 dividuum Substantiale.  $\beta$ . completum ac incomplexum  $\gamma$ . sub  
 summo Genere contentum, ita ut  $\delta$ . summum Genus de eo in-  
 quid prædicetur ; illud directè est in Prædicamentò Substan-  
 tiæ. *Deus* &c. *E. Resp. ad  $\alpha$ .* adde, *Prædicamentale* seu *Logicum* ;  
 & quinque Prædicabilibus obnoxium. *ad  $\beta$ .* adde, *ex Genere* &  
*Differentiâ compositum*. *ad  $\gamma$ .* de Ente infinito & incomprehensio-  
 bili ac singularissimo falsissimum illud est. *Ad  $\delta$ .* adde ; præ-  
 dicandi modo verè ac usitatè *Synonymico* seu *Prædicamentali* : &  
 sic negatur *Minora*. Synonyma enim Prædicamentalia ; sunt  
*formaliter* relativa, compositiva, definitiva : Deo itaque re-  
 pugnantia. *Exc.* Etsi Deus Individuum non sit *sub Specie* ; ta-  
 men *sub conceptu communi* ; id quod sufficit ad Prædicamentò  
 constitutionem. *Resp.* Non sufficit. Per *Genera* enim ac *Diffe-*  
*rentias*, in Prædicamentò *Species* & *Individa* coordinantur. Ex  
 ipsis etiam Prædicamentis, Porphyriana illa Prædicabilia sunt  
 collecta. Quid ; quod *communis* ille *conceptus* non sit *univocus* ;  
 sed summè *analogicus*. At summa *Genera* omnia *univoca* ;  
*Obj. 3.* *Spiritus* præcisè sumptus, in Prædicamentò Substantiæ  
 est. *E. & Deus. Resp.* est *pet. princ.* *Spiritus* enim præcisè sum-  
 ptus, nec *Genus* est, nec *Species* ; ideoque in Prædicamentum il-  
 locabilis. Est Deus sub *Spiritu*, *Metaphysicè* sive *Pneumaticè*  
 cōceptò : non autem sub *Spiritu*, *notionaliter* ac *Logicè*, per mo-  
 dum *Generis*, accepto. Sicut & aliud est *Universale Logicum* ;  
 aliud *Metaphysicum*. *Exc.* *Species* oppositæ sunt in eodem Præ-  
 dicamentò. *Spiritus* & *corpus* &c. *E. Resp.* At *Spiritus* præcisè  
 sumptus ; prout abstrahit à finito ac infinito, *Species* non est.  
 Quatenus autem opponitur *corpori* Prædicamentaliter, ea-  
 tenus *Genus* equidem est ; at *DEUM* non complectitur. Est *E.*  
*fals. ex Supposit.*

Qu. 13. An rectè Substantia definiatur: Ens per se  
subsistens & sustinens accidentia? Aff.

Prob. 1. ex Abstractione. 2. ex reciprocatione. 3. ex resolutione. Obj. 1. Genere ac Differentia definitio illa non constat. Resp. Descriptio est, non accurata definitio. Summi n. Generis Genus non datur, sicut nec Differentia, quia Species non est. Obj. 2. Deus Angelum, qui Accidentibus immerfus non sit, creare posset. Maneret Substantia, & in Prædicamento Substantiæ, quamvis Accidentia non sustineret. E. definitio illa non adæquata. Resp. 1. De eo, quod non est, nec unquam fuit, aut erit, frustra disceptabimus. 2. implicat, creaturam, quat. talem, catere omni accidente. Obj. 3. Substantia creata non subsistit per se, cum sustentetur ab alio, nempe à Deo. Substantia tamen est. Resp. Subsistere per se non opponitur Dependentiæ, sed Inherentiæ. Nec enim repugnat, esse per se, & esse ab alio. Obj. 4. Substantia, quæ talis accidentia non sustinet, alioquin & Deus eadem. Resp. Ideò additur ille *θεοσδιορισμός*, ut eò melius Substantia Prædicamentalis à Transcendentali distingvatur.

Qu. 14. An omnis Substantia Synonymicè  
prædicetur?

Resp. Aff. de Substantiâ secunda, non de primâ. Hæc subjici-  
bilis tantum, non prædicabilis. Illa, cum vel sit Genus vel Spe-  
cies, adeoque Synonymum, nusquam non Synonymicè prædica-  
bitur. Obj. 1. In hac Enunciatione: Quidam homo est Andreas:  
Substantia prima prædicatur. Resp. Prædicatio non est Logica  
& naturalis, sed inordinata & artificialis. Obj. 2. Quædam Sub-  
stantia est corpus, est animal, est homo; prædicantur hîc Substan-  
tiæ secunda, nec tamen Synonymicè, ut patet è Signo. Resp. In o-  
mni Prædicamento duplex ordo: 1. Rectus sive naturalis ac Præ-  
dicationis, cum ab Individuis ascendo; & inversus seu artifici-  
alis, sive Abstractionis, cum à summo Genere descendo. Prior  
ordo est synonymicus, hic paronymicus. Exemplum allatum  
pertinet ad hunc; at nos de illo loquimur. Obj. 3. Accidentia et-

Iam prædicantur *Synonymicè*. Resp. est *Ign. Elench.* Non enim  
tam de Substantiâ. *Obj. 4.* Secundæ Substantiæ primis insunt. E.  
Accidentia sunt. Resp. insunt, non *τυχόντως*, *inhesivè*: sed  
*συστατικῶς* & *constitutivè*; E. Accidentia non sunt.

*Qv. 15. An Substantia esse possit in Sub-  
jecto? Neg.*

*Ratio*: Est enim *formaliter*, per se subsistens, ideoque nec  
*inhesivè* inesse Subjecto alii potest. Implicat enim; *subsistere*  
*per se*, ac *inherere*. *Obj. 1.* Aqua in spongiâ, vinum in vitro,  
aurum in capsulâ, piscis in fluvio. E. Substantia in Subjecto.  
Resp. est *fall. equivoc.* Disting. inter *ἔ* inesse seu inherere, & *ἔ*  
*esse in*. In loco quando Substantia est, ideò inesse Subjecto di-  
ci non potest, *Physicè* quod continet, *Metaphysicè* statim non  
sustinet. Ideoque quod inest *comprehensivè*, non simul inest  
*Subjectivè*. Illud Substantiis, hoc solis competit Accidentibus.  
*Obj. 2.* Deus in nobis est, Anima in nobis est; Substantia ta-  
men. Resp. Deus in nobis, per *ἡμετέρας*, anima in nobis per  
*ἐπιχώρησιν*: nec hæc, nec ille per *ἐνυπαρξιν*. *Obj. 3.* Sanguis in  
venâ, Resp. per *σύλληψιν*, non per *ἐνυπαρξιν*. *Obj. 4.* Nix in pa-  
riete, annulus in digito. Resp. per *ἡμετέρας*, non per *ἐνυ-*  
*παρξιν*. *Obj. 5.* Humana Christi natura in Λόγω. Resp. nō *inhesivè*,  
sed *personaliter*. *Obj. 6.* Spiritus S. in Patre. Resp. non per *ἐνυ-*  
*παρξιν* accidentalem, sed per *ἐπιχώρησιν* essentialem.

*Qv. 16. An intendi & remitti Substantia  
possit? Neg.*

*Prob.* quia *ἔ* esse *Substantiale* propter summam Entis in-  
*divisibilitatem*, non admittit gradus. Sic v. g. elephas, non  
est Substantia magis, quàm mus. *Obj. 1.* Vegetativa anima sub-  
stantia est, tamen augmentativa facultas utique intensiorem  
Substantiæ facit, uti ex arbore, catulo ac quercu probari potest.  
Resp. Intensio isthæc est *materialis, accidentalis & Physica*, in *Con-*  
*creto*; nō *Substantialis & Metaphysica*, in *Abstracto*. Fit *nominaliter*,  
nō *adverbialiter*. Fit puer successu tēporis *major* substantia: neu-  
tquam tamen *magis* Substantia. *Obj. 2.* Substantiæ primæ di-  
cun-



cuntur esse magis Substantiæ, quàm secundæ. *Resp.* est fall. à dicto secundum quid. Magis enim dicuntur esse, ratione *subst.* standi, non *subsistendi*: non propter *intensionem*; sed propter *predicationem*. Primæ namque Substantiæ tum Accidentibus, tum quibuscunq; Prædicatis *subst.* secundæ *subt.* Obj. 3. Humana Christi natura longè nobilior nostrâ. *Resp.* non *essentialiter*, quatenus est Substantia; sed *extra essentialiter*, quoad *ὑπόστασιν* & idiomata communicata.

*Qu. 17. An Substantia recipere contraria possit? A.*

*Prob.* quia inter Accidentia propriè dicta contrarietas est; quorum verò fulcrum ac domicilium sive *Subiectum* Substantia. *Obj. 1.* E. eadem aqua, frigida & calida. *Resp.* *successivè* omninò, licèt non *simul*; potentiâ, licèt non *actu*, nec in excellenti gradu. *Obj. 2.* sed ignis frigidus fieri nequit. *Resp.* non, quia nulla Substantia contrarium recipiat: sed quòd hïc alterum, per naturam diminui aut expelli non possit. Non E. *per se*, sed *per Accidentis*. *Obj. 3.* At nulla contrarietas est inter Substantias. *Resp.* *Immediatè*, ac *terminativè*: omninò tamen *mediatè* & *subjectivè*. Nec tam de *actu*, quàm de *subjecto* contrariorum loquimur.

*Qu. 18. An ipsi Substantie aliquid esse contrarium possit? N.*

*Ratio:* Omnis contrarietas est *Qualitatum*, quippe per quas efficax quoque Substantia. *Obj. 1.* Formæ tamen contrariorum *Qualitatum* radices sunt, quomodo etiam formæ *subst.* tiales ignis & aquæ ubi contrariantur. *Resp. 1.* Disting. inter *Substantiam completam* & *incompletam*. 2. inter *Subiectum quod* & *quò*. 3. inter *pugnâ* seu *contrarietatem mediatam*, & *immediatam*. *Obj. 2.* Johannes non potest esse Andreas. E. *Resp.* est tantum *diversitas*, non *contrarietas*: sunt *disparata*, non *opposita*. *Obj. 3.* Naturalis *ἀντιπαρθενα*. Gallus gallinaceus Leoni, Mustela jumento, Lupus Ovi &c. contrariatur. E. *Resp.* *mediatè* saltem, per *Qualitates*, manifestas vel occultas: non *immediatè* ac *per* *Sub-*

*Substantiam. Obj. 4. Differentiæ substantiales contrariæ sibi sunt. Resp. Strictè & propriè non, quomodo nec ipsæ postmodum species, etiamsi in agendo forsitan sibi aduersentur.*

*Qv. 19. An rectè definiatur Accidens, Ens, quod per suam naturam inest in alio, tanquam in Subjecto? A.*

*Prob. 1. ex omnium Accidentium inductione. 2. ex adæquatâ reciprocatione. 3. Ex Accidentis & Substantiæ contradictoriâ oppositione 4. ex formali & immutabili Accidētis ratione. Subsistēs per se, Substantia est: non subsistens per se, sed tamen existens, nō potest nō esse inherens. Quod enim est, si per se nō est, omnino certè per aliud est, & contrā. Obj. 1. Integrum Accidens, extra subjectum seruari suum, per infinitam Dei potentiam potest. Sufficit forsitan inbarentia Accidentium aptitudinalis. Resp. 1. Est ign. El. Non enim quæritur, an extra subjectum suum; sed an extra subjectum omne. 2. committitur per. princ. Ad Ens reale, aptitudinalis modus nō sufficit; imò & implicat. Hinc 3. Deus equidem omnia potest, dummodò in sese contradictionem non involvant. At Accidens ἀυθύπαροχῶν contradictorium. Exc. quid si DEUS existentiae fulcrum extraordinarium suppeditet. Resp. 1. E. & extraordinariè Accidens illud inexisteret, nec sine omni subjecto erit. 2. Probetur de actu. Obj. 2. Ubi, Quando, Situs & Habitus non inhaerent. Resp. tamen adherent; non subsistunt. E. & inherere non ἀνεβῶς, sed παχυλῶς est accipiendum, quatenus τῷ per se existere, non autem τῷ adherere, contradistinguitur. Obj. 3. Quantitas à Mathematicis sine subjecto concipitur. E. Resp. à peculiari & inadæquato modo concipiendi, ad intrinsecum & absolutum modum essendi N. V. C. Obj. 4. Potest adesse vel abesse. E. formale eius ἵ inesse non est. Resp. est ign. El. Confunditur Accidens Predicabile cum Predicamentali. Obj. 5. Separatum Accidens subjecto amplius non inest. Resp. ideoque tunc nihil est. Separatio Accidentium est privativa, non positiva. Subsistentia non positiva seu negativa, non Ens est. Obj. 7. Accidentia quæ-*

quidam actu ipso non sunt in ipso Subjecto, v.g. Locus & Tempus non est in homine, sed homo in loco & tempore. Resp. Disting. inter Accidentia *intrinsicca* & *extrinsicca*. Consule Physicos.

*Qu. 20. An Accidens habeat materiam? N.*

*Prob.* 1. quia formam non habet. 2. *materialium* non est. 3. corpus non est. 4. quantum non est. 5. materiam nec *simplicem* habet, neque *compositam*. *Obj.* 1. omne Accidens inhaeret: materiae E. habet. *Resp.* in qua, non ex qua; *subjectivam*, non *objectivam*. *ratione existentiae*, non *ratione essentiae*. *Obj.* 2. Quoddam Accidens ex materia resultat, e.g. Quantitas. E. *Resp.* habet materiam, *ratione principij* atq; *causaliter*; nec tamen *ratione sui* atque *formaliter*. Subjectum, a quo dependet Accidens in fieri & esse, *inhesionis* subjectum dicitur. Illud non est materia ex qua, sed in qua. *Obj.* 3. Accidentia quaedam *materialia* dicuntur. *Resp.* Est *fall. equiv.* materialia dicuntur, non *ratione essentiae*, sed *ratione existentiae* & *immanentiae*.

*Qu. 21. An Accidentis datur Accidens? Neg.*

*Prob.* quia non nisi *Substantiae* officium est, *substare* Accidentibus. Per se quod non existit, illud alterius *compleri* *essendi* modum non potest. *Obj.* 1. Omne quantum colorem habet. E. accidentis datur Accidens. *Resp.* Confunditur Accidens in *Concretum* cum *Accidente* in *Abstracto*. 2. est *fall. cause*. Quantum coloratum est, non *ratione Quantitatis*, sed *ratione qualitatis*, in *materia* & *subjecto*. Ita & *calidum*; non propter *calorem*, sed propter *subjectum*, jam antea *caliter* comparatum. *Obj.* 2. In intellectu habitus multi, quam plurimae *Species* intelligibiles, mera *Accidentia*. *Resp.* Distingv. inter *subjectum* *primarium* & *secundarium*, *mediatum* & *immediatum*; quod & *quo*. *Obj.* 3. Plurima *Accidentia* dicuntur de *virtute*. *Resp.* Disting. inter *subjectum inhesionis* & *predicationis*.

*Qu. 22. An predicari Accidens Synonymicè possit? A.*

*Prob.* quia & inter *Accidentia* datur *Identitas essentialis*,  
C. Sive

sive consensus synonymicus. *Obj. 1.* Nullum Accidens est *Synonymum*, quia nec Genus, nec Species, nec Differentia. E. Nullum Accidens *synonymicè* prædicatur. *Resp.* est fall. equiv. Argumentum agit de Accidente *Prædicabili*; quæstio nostra de Accidente *Prædicamentali*. *Obj. 2.* Contradictio est; Accidens esse synonymum: *Resp.* apparet, non vera. Nam non de eodem. Accidens in *essendo*, non est necessariò Accidens in *prædicando*. *Ext.* Atqui modus prædicandi sequitur modum essendi. *Resp.* secundum quid, si maneat idem subjectum, Substantia. At Accidens universale. v. g. *Qualitas*, *synonymicè* tamen prædicatur de suo inferiori, e. g. *Habitu*; licet *Paronymicè*, de Substantiâ.

*Qv. 23. An Quantitas admittat gradus? Neg.*

*Prob. 1.* quia Quantitas partes intra partes non habet: 2. quia omnis essentia consistit in *ἀτόμω*. 3. Ita Quantitas *est* non est magis vel minus Quantitas, quam Quantitas *terre*. *Obj. 1.* Quantitas est rarior vel densior. *Resp. 1.* Non *in se & per se* sed *abstractè*: sed *per aliud*, in alio, & *concretè*. Non per *essentiâ*, sed per *materiam*. *Obj. 2.* Res quædam magis extensa, longa, lata, quam alia. *Resp.* utique *extensione extensivâ*: sed non *extensione intensivâ*. Ab *extensione Subjecti*, ad *extensionem Abstracti* N. V. C. *Obj. 3.* Motus, tendendo longius, intendi potest. *Resp.* Actio tum intenditur in *duratione*; non *Quantitas ipsa* in *Abstracto*. *Obj. 4.* Denarius plures habet gradus, quam binarius. *Resp.* *Impropriè*; non *gradus*, sed *unitates*. 2. Major est numerus, *nominaliter*: non magis numerus, *adverbialiter*.

*Qv. 24. An Quantitatis quadam sit efficacia? Neg.*

*Prob.* Sicut enim *forma* dat operari, non *materia*; cum hæc principium *passivum* sit, illa verò *activum*: ita & *Qualitas* est efficax; non *Quantitas*. Principium non est ignobilius principio. *Obj. 1.* Quantitas movet sensum. E. agit. *Resp. 1.* Est actio tantum *spiritalis*; non *realis*. 2. *dist.* inter *abstractum & concretum*. Quantitatem & rem quantam. *Hæc* movet per se, *illa* per *Accidens*. *Obj. 2.* *Signa, literæ, ABRACADABRA, pictus*

picture, orationes magicæ morbos curant. *Resp. est per. prime,*  
nec non *fall. cause.* Nam non ex *signis & lineis* medela illa,  
sed *vel* ex superstitione, *vel* ex pacto diabolico, implicito vel  
etiam explicito. *Obj. 3.* Dies Critici, anni Climacterici, muta-  
tiones magnas efficiunt. *Resp. non per Quantitatem,* sed pro-  
pter *Qualitates,* tum corporis, tum aëris, tum temporis seu  
influxus cœlestis. Ideoq; dierum annorumque numerus est  
saltem *σημαρτικὸς,* non *ἐπερυντικὸς.* *Obj. 4.* Magnes magnus  
ferrum attrahit minus. *Resp. non ex Quantitate,* sed ex *Qua-*  
*litarum* pluralitate; *In majori quanto plures qualitates.* Sic *ur-*  
*na,* non *gutta,* vini inebriat. *Obj. 5.* Signatura leantium, usum  
earum in morbillis atque variolis, præbet, ut probant Chy-  
mici. *Resp. non signatura,* sed *Qualitates,* ex decoctarum  
lentium subordinatis *formis* resultantes, aperiendi, laxandi,  
ac penetrandi vim habent. *Est fall. cause.*

*Qu. 25. An Quantitas competat Spiritui? Neg.*

*Prob.* Spiritus non habet materiam. Negato *subjecto,* ne-  
gatur *proprium;* negatâ *causâ,* negatur *effectus.* *Obj. 1.* ani-  
ma nostra est extensa in corpore; *Resp. non per se,* sed per *Acci-*  
*dens;* non *immediatè,* sed *mediatè:* extensione non *propria,* sed  
*Metaphorica,* cum tota etiam sit in qualibet corporis parte.  
*Obj. 2.* Formæ brutorum sunt *materiales,* sunt *divisibiles.* *Resp. 1.*  
*Spiritus* non sunt. 2. *divisibiles* autem per *Accidens,* ratione ma-  
teriæ, à quâ dependent. *Obj. 1.* Diabolus in corpore humano  
nonnunquam livida unguorum vestigia relinquit. *Resp. non*  
*per Quantitatem,* sed per *Qualitatem* suam. *Obj. 1.* Angeli sunt  
in loco. *Resp. non circumscriptivè,* sed *definitivè.* *Obj. 5.* Deo tri-  
buuntur *corporea membra* maxima. *Resp. ἀνθρώπων ἄψως.* *Obj. 6.*  
Spiritus habet materiam & *Quantitatem tantum intelligibile.*  
*Resp. hæc non-Ens est.* *Obj. 7.* Spiritibus competit *numerus.* *Resp.*  
*non proprie,* sed *analogicè.* Sic etiam *gradus Qualitatis,* nec  
non *personæ SS. Trinitatis* numerantur; *Quantitatem* tamen  
non habent.

*Qu. 26. An detur Habitus aliquis à naturâ?*

*Neg.*

*Prob. 1.*

*Prob. 1.* quia si à naturâ esset, à potentiâ naturali nihil differret: cujus tamen ille 2. τελείωσις quædam est, non à naturâ sive essentiâ ipsâ, sed à principio quodam alio superaddita, & quidem 3. per crebrum potentiæ exercitium acquisita. *Obj. 1.* Species intelligibiles & sensibiles sunt habitus, non acquisiti crebris actibus, sed à naturâ insiti. *Resp. 1.* Petit. princ. est, ad habitus in sensu nostro famosiori ac strictiori acceptos, species istas intentionales per se referri. 2. & quanquam sint habitus, ab Objecto tamen infusi sunt, non à naturâ, universaliter, essentialiter. *Obj. 2.* Vicia & virtutes quædam dicuntur inesse à naturâ seu naturaliter. *Resp.* inesse dicuntur inchoativè ac dispositivè, quoad potentias & inclinationes; non formaliter ac denominativè. *Obj. 3.* Dari notitias innatas, principia nobiscû nata. *Resp.* Dicuntur habitus naturales, quat. naturale opponitur Acquisito; non, quat. Infuso. Quanquam enim à nativitate, ab ipsâ generatione statim, præter omnem acquisitionem vel operationem propriam, adsint; infuse tamen atque θεοσδοτοι sunt, quomodo nec ipsa integra Dei imago naturalis fuit constitutivè, aut consequitivè. *Exc.* Sic E. Habitus connati prorsus non dantur. *Resp.* Dantur omninò: Sed à naturâ dicuntur esse tantùm ratione coexistentiæ; non, dependentiæ: quoad hominis nativitatem, non quoad hominis quidditatem: citra humanam operationem, non citra divinam donationem.

*Qu. 27. An Qualitas recipiat magis & minus? Neg.*

*Prob.* quia omnis essentia est imperfectibilis, indivisibilis, immutabilis, in Abstracto. *Obj. 1.* Potentia videndi, eundi langvidior in sene, acrior in juvene. *Resp.* Illa langviditas non est ex remissione potentiæ, quoad actum primum spectatæ; sed à viciosi organi indispositione, quoad actum secundum. Anima enim nec senescit, nec langvescit, per se: sed corpus, sed homo. *Obj. 2.* Habitus in homine nunc intenditur, nunc remittitur. *Resp.* iterum non ratione essentiæ, sed ratione existentie seu fortioris radicacionis. *Obj. 3.* Calor & frigus intenditur, remittitur. *Resp. in Concreto, per additionem graduum; non in Abstracto,*

*Abstracto*, per additionem partium. *Exc.* Etiam in *Abstracto*. Propter quod unumquodque est tale, id magis est tale. Aqua denominatur magis calida: E. propter calorem *in sese* magis intentum. *Resp. à Concreto ad Abstractum N.V.C.* Intenditur calor in aqua non per *essentia sua extensionem*, sed per *corpusculorum ignitorum multiplicationem*. Hinc in *Concreto* gradus fiunt, non in *Abstracto*: complexè & conjunctim, non separatè ac disjunctim.

*Qu. 28. An Habitus cadat in bruta? Neg.*

*Prob. 1.* ex ratione *Subiecti*. Habitus tantum existit in agentibus liberis, & rationalibus: in agentibus necessariis & irrationalibus *nudum naturalis potentia exercitium*. 2. Ex ratione *Objecti*. Habitus ad utramque contradictionis partem extendit se, superadditus potentiaè indifferenter ac liberè agenti. Sed agunt bruta determinatè. 3. ex ratione *finis*. Habitus determinat, perficit atque promptificat: sed bruta agunt *necessariè ac uniformiter*. 4. ex ratione *formae*. Habitus, propriè dictus, *κεῖν, ἀπειρῶν, βέλτων* praesupponit, si non ad sui generationem, tamen ad *usurpationem*. Non E. cadit in bruta. *Obj. 1.* Bruta universalia colligunt, libertatique student: E. concedendus aliquis *rationis usus*, & aliquis *habitus*. *Resp.* Est *per. princ.* Nam *sensitiva* brutorum cognitio, propter defectum *τῆς ἀνοίας*, nec *discursiva* est, nec *abstractiva*. Similiter ob defectum *Voluntatis*, non *libertate* gaudent, sed *feritate*. *Obj. 2.* In brutis dantur species sensibiles, E. & habitus. *Resp.* ad Habitus *strictè ac vulgò definitum* *spirituales* ejusmodi *Qualitates* directè non quadrant. An extendenda igitur *latius vox*, in medio relinquimus. *Obj. 3.* Brutorum potentiaè *facilitantur* etiam crebris *exercitationibus*. *Resp.* *ἀναλόγως*. Nec n. per *μεθυσίαν*, sed per *ἐξημέρωσιν*: nec ab *habitu*, sed à fortiori ac durabili *Phantasia* instinctu. *Obj. 4.* Aliter determinantur, & aliter agunt. *Resp.* Est *fall. cause*. Non n. *ex habitu*; sed ex *naturali instinctu*, quem *partim* formarum, *partim* temperamentorum, *partim* specierum sensibilibum *diversitas*, per se ac *necessariò* causatur. *Obj. 5.* Artes addiscunt. *Resp.* loquendo *impropriè*.



Aliter saltem *adsueſcunt*. *Obj. 6.* Notitia in iis atque prudentia naturalis datur. *Resp.* ἀναλόγως. Notitia ista *Habitus* non est, sed innatus affectus vel instinctus.

*Qv. 29. An Relata sint simul naturâ? Aff.*

*Prob.* quia illorum esse nihil aliud est, quàm certo modo ad aliud (tanquam ad *essendi terminum*) referri. *Obj. 1.* Causa prior est effectu, v.g. Pater filio; tamen sunt relata. *Resp.* Dist. inter esse absolutum ac respectivum. Quatenus *Entia*, non sunt simul; quatenus *relata*, per essentiam sunt simul. *Obj. 3.* Patre mortuo, remanet filius; simul itaque non sunt. *Resp.* Tum filii durat ἡλικία, at reverà cessat ἡλικία. *Obj. 3.* Sensibile prius est sensu, sicut & scibile prius Scientiâ, & omnis potentia objecto suo. *Resp.* in his relatio tantùm *verbalis* est, secundum *disi*; non *realis*, secundum *esse*. *Obj. 4.* Si Relata sunt simul naturâ, Pater & Filius sunt unum & idem. *Resp.* est *fall. conseq.* Sunt simul, non tamen *in eodem*, sed in *diversis* Subjectis. Naturâ, τῆ φύσει. non τῆ ὄψει. *Obj. 5.* Venditor emptore prior est; nam prius exponit merces *Resp.* de Relatis loquimur, quatenus *talibus*, *formaliter*: non respectu *fundamentorum*. *Obj. 6.* Relatum prædicari de Correlato potest *in casu recto*, quomodo *Signatum de Signo*, v.g. *Panis est corpus Christi*. E. synonymicè sunt simul, & naturâ. *Resp.* Falsa Calvinianorum hypothesis est. *Signū* n. nō est *Signatum*, sicut nec *Pater Filius*. Allegatum exemplum aliō *prædicandi* modō gaudet: nec *Synonymicus* est Relatorum consensus. Grauer. *in absurd. Calvin. c. 3. S. 23.*

*Qv. 30. An Actiones & Passiones sint Suppositorum? Aff.*

*Ratio:* Actiones enim & Passiones sunt singulares, E. & à completo & singulari proveniant principio, necessum est, quia modus agendi & patiendi sequitur modum essendi. *Obj. 1.* S.B. vocatur operatio *animæ*: non *suppositi*. *Resp.* Tribuitur animæ, tanquam *Subjecto, quo*; incompleto & originali: utut sit hominis, tanquam *principij quod*, completi ac denominationis. *Obj. 2.* Actiones primò de *universalibus* demonstrantur; E. non *suppositorum* sunt. *Resp.* Est *fall. à dicto*. De universalibus a-

ctio:



ctiones dicuntur *primò*, quoad *convenientiam*; *primò* tamen de *Individuis* quoad *existentiam*: præsertim, si sint *peculiares* ac *proprie*. *Obj. 3.* Anima etiam separata intelligit ac operatur: *suppositam* non est. *Resp.* *Dist. 1.* inter actionem per emanationem & per immanentiam 2. inter statum *Eritis* *completum* & *incompletum*.

*Qu. 31. An omnis Actio sit propter finem? Aff.*

*Prob.* quia finis in intentione principium est, quo movetur agens ad agendum. *Ignoti* nulla cupido. *Obj. 1.* Bruta & vegetantia agunt; finem non intendunt. *Resp.* *dist.* inter intentionem naturalem, sensualem, & rationalem. 2. inter finem cognitum nobis, & naturæ. *Obj. 2.* Agunt homines sæpius frustra, & animi gratiâ, & præter intentionem. *Resp. 1.* *dist.* inter finis intentionem, & consecutionem. 2. inter actionem simplicem, & conjunctam cum quâdam principaliori. 3. *dist.* inter intentionem deliberatam & indeliberatam, sensualem vel naturalem. *Obj. 3.* *Summum B.* est actio; nec tamen propter finem. *Resp.* Omnis actio est propter finem, nisi ipse sit ultimus finis. Sic omne quantum est divisibile, nisi sit atomus seu minimum quantum. Sic omnis actio Dei est propter finem, nisi sit immanens ac ipse Deus. Est *universalis* *Enunciatio* *accommodè*.

*Qu. 32. An Actio sit in patiente? Aff.*

*Ratio:* quia est ab agente; non in agente. Sic *inebriatio*, *informatio*, *combustio*, non in agente, sed *patiente*. Sic *honor* dicitur esse non *honorantis*, sed *honorati*. *Obj. 1.* *Affectio* nes immanentes sunt in ipso agente. *Resp.* non quatenus agente, sed quatenus patiente, diverso respectu. *Obj. 2.* *E. patiens* agit; nam in eo actio. *Resp.* est in eo actio *terminativè*, non *subjectivè*; *passivè*, non *activè*.

*Qu. 33. An Postpredicamenta sint pars Logica essentialis? Aff.*

*Prob. 1.* quia fundamenta *Enunciationum* ac *Syllogismorum* *negativorum* tradunt, puta *DISSENSUM*. Jam verò 2. *neces-*

necessarius Logicae finis veritas, quae non tantum affirmando, sed etiam negando invenitur. Nec tamen ullibi 3. haec materia alias pertractatur. *Obj. 1.* In Postpraedicamentis ea tantum proponuntur, quae aut obscura, aut intellectu difficiliora in Praedicamentis fuere. E. per accidens, & quasi *appendicis loco* traduntur. *Resp.* est *El. oppos* Tractantur quidem ea, sed non *tantum*; primario enim ac directe *dissensus Oppositorum & Disparatorum* proponitur. *Exc. 1.* Scala Praedicamentalis dissensum hunc, per oppositas differentias protulit. *Resp.* at non in *actu Signato* ac *distincto* *Exc. 2.* De Oppositis ac Disparatis in *Topicis* agitur, *Resp.* at in *actu Exercitio* ac *discursivo*. *Exc. 3.* Necessaria quidem in Logicae haec doctrina, sed non statim pars essentialis. *Resp.* omnino, quia necessaria non tantum ratione *expedientiae*, sed etiam ratione *exigentiae*, cum in Syllogismi naturam influat directe.

*Qu. 34. An de eodem dici Opposita possint ?*  
*Neg.*

*Ratio:* quia invicem pugnant; ideo in eodem esse Subiecto non possunt. *Obj. 1.* Calor & frigus de eodem dicuntur subiecto, *rep. do.* *Resp.* rigide dicta Opposita tum non sunt, quia non in *excellenti* in *gradu*, ideoque pugnam ferè nullam habent, nec praedicantur simpliciter. *Exc.* Fontes sunt, qui in imò frigidi, in summò calidi, *excellenter*. Similiter, qui in imò calidi, in mediò amari, in summò dulces. *Resp.* Opposita non sunt; nam non in *eadem parte*, nec in *eodem subiecto*. Diversitas *qualitatum* ex diversitate *atomorum*. *Obj. 2.* Manus dicitur esse vel frigida, vel calida. *Resp.* at *disiunctivè*; non *copulativè*. *Obj. 3.* Fontes quidam noctu calefiunt, interdum tepent. *Resp.* E. *successivè*; non *simul*. *Obj. 4.* Acetum calidum est & frigidum, sic & argentum vivum. *Resp.* non sunt *Opposita vera*; nam non *de eodem*. Acetum enim, sicut & argentum vivum, non est totum *Homogeneum*, sed *Heterogeneum*, ex atomorum, *excellen-* *tibus Qualitatibus* praedictarum, congregatione ortum. Ideoq; *diversorum corpusculorum respectu*, & calidum & frigidum est, ac dici potest: neq; tamen in *summo gradu*, nec in *eodem actu*.

*Q.*

Qu. 35. An Contraria expellant se mutuò ?

Aff.

Ratio; pugnant enim invicem. Inde potentius prævalet, hostemque expellit. *Obj. 1.* Deus, impedito pugnae illius actu, eidem subjecto contrarias infundere Qualitates potest. E. non semper expellunt se. *Resp. 1.* Philosophiam miracula non turbant. Loquimur enim 2. de *communi natura cursu*, non 3. de *extraordinaria Dei potentia*. *Obj. 2.* Albedo nigredinem, vitium virtutem non expellit: nam non agit. *Resp.* non expellit actione *Physicâ*, vel *effectivâ*, urique tamen *expulsione*, quam dicunt, *formali* saltem, quâ forma unius extremi formam alterius excludit, propter coexistentiæ impossibilitatem.

Qu. 36. An Privatio incurrat in sensus? Neg.

*Prob.* quia non-Entis nulla est actio, nulla affectio. *Obj. 1.* Mors incurrit in sensus. *Resp.* Non *positive*, sed *privative* ac *indirectè*, per intellectam vitæ adesse debitæ absentiam. Sensus autem præsentiam sui sensibilis postulat. *Obj. 2.* Cœcitas in oculo videri potest. *Resp.* *materialiter*, quatenus est mutatio vel violatio organi; non *formaliter*, quatenus potentia *secundæ* privatio est. *Obj. 3.* Tenebræ videntur, silentium auditur. *Resp.* non *directè*, per speciei sensibilis apprehensionem; sed *indirectè*, ver oppositi habitus, adesse debiti, negationem, mentis oculis apprehendendam.

Qu. 37. An à Privatione ad Habitum detur regressus? Neg.

*Prob.* quia per privationem ipsa regrediendi potestas tollitur. *Sublatâ potentia*, tollitur *actus*. *Obj. 1.* Hirundines hyberno tempore à vitæ Privatione, ad Habitum seu vitam perveniunt iterum. *Resp.* *Totalis* Privatio non est, sed *partialis*; *actus secundæ*, non *primæ*. Forma in illis tunc abest, quoad *actum formalem*; adest, quoad *actum entitativum*. *Obj. 2.* Muscæ, aquâ suffocatae, consperse cretâ, reviviscunt. Sicut & insecta, superfuso oleo extincta, in cinere, aut etiam aceto con-

D

spec.

Spersa, revocantur à morte. Resp. & ibi Privatio partialis & inchoata, non totalis & consummata est: nimii enim humores, quibus respirandi vis impeditur, per ista remedia consumuntur. Obj. 3. Sed & mortui resurgent. Resp. non actu naturali, sed supernaturali. Obj. 4. Amissus Habitus reparatur. Resp. non idem numero.

### Qv. 38. An Disparata sint Opposita? Neg.

Ratio: in Disparatis unum opponi multis potest atque simul: ideoque pugna carent, nec strictè ac propriè sic dicta opposita sunt. Nam in Oppositis veris, unum uni duntaxat opponitur eodem modo. Obj. 1. Quæcunque habent repugnantiam consensionis, Opposita sunt. Disparata & c. e. g. canis & homo. E. Resp. Est El. definit. Major agit de Oppositis latè ac generaliter dictis: nos de Oppositis strictè & specialiter acceptis, quæ in eodem coexistere Subjecto non possunt. Obj. 2. Diversa tamen sunt. Resp. Sed sine pugna. Nam & alii tertio, eodem modo adversantur. Exc. Dici de eodem non possunt. Resp. Licet non in Abstracto, tamen in Concreto (Suppositi) v. g. Ferrum est ignitum (& naturæ) v. g. Deus est homo. Exc. 2. Disparata non sunt unum & idem. Deus & Homo sunt unum & idem, in Christo. E. Resp. Unum & idem sunt, ratione ἑνότητος, non φύσεως; in Masculinò, idem Christus: non in Neutro, ἑντό. Sed de hoc obiter. Vid. Meisn. in phil. sobr. p. 2. p. 925. Obj. 3. Arist. l. 2. Top. c. 3. & l. 8. phys. c. 3. dicit, ἑὸν αὐτὸ πλείοσιν ἑστὶ ἐναντίον, idem pluribus est contrarium. Sic etiam uni veritati innumera hæreses, una virtuti duo plerumque extrema, uni DEO innumera diabolorum legiones, ac uni Christo multi Pontifices s. Anti-Christi opponuntur. E. & unum opponitur multis. Resp. Est fall. equiv. Unum opponitur uni 1. quoad oppositionis formale, si 2. in eodem genere oppositionis maneat 3. absque descensu ad inferiora. At in exemplis allegatis uni plura opponuntur p. quoad oppositionis materiale; ex genere tamen diverso; p. sub descensu ad inferiora. Sic v. g. uni virtuti unum opponitur vitium, secundum generalem oppositionis modum; quia tamè hoc

mul.

*multiplex, E. & multa opponuntur illi, secundum varias species, sub uno illo generali contentas. Ib. p. 720.*

*Qv. 39. An Contradictoria facere Deus possit? N.*

*Prob. 1. quia propter intrinsecam, ad esse vel fieri, repugnantiam, simpliciter ac per se, nullam factibilitatis rationem habent. 2. quia per se & intrinsecè aliquam imperfectionem & falsitatem important, ut 3. facere Contradictoria, non sit facere, sed deficere. Sic 4. Deus mentiri nequit; nec factum infectum reddere &c. Obj. 1. infinita Dei omnipotentia. Resp. est fall. dicitur. Est infinita, in latitudine Entis ac veritatis: non ad falsitatem usque ac non-Ens. Obj. 2. Contradictorium, omnipotentem aliquid non posse. Resp. utique, quod est aut esse potest aliquid, Substantivè ac Metaphysicè, à parte rei; id potest Deus: Jam, verò alterum contradictorium non nisi fictè est aliquid, & à parte nostri intellectus. E. Contrad. est apparens. Obj. 3. Divina potentia non est coarctanda ad intellectus nostri angustias, cū & ad ea pertingat, quæ hominis ratio comprehendere nequit. Resp. est ign. Elench. non enim loquimur de impossibilibus respectu nature, seu de Contradictoriis φανταστικῶς talibus, prout intellectui finito apparent: cum non ab intellectu objectum; sed ab objecto intellectus dependeat: sed quæ talia per se, absolute, ac simpliciter. Sic v. g. montem esse sine valle, corpus idem esse ubiq; mortuos resurgere &c. contradictoria non sunt; ideoque ab infinito fieri principio possunt. Exc. Mons semper est cum valle. Resp. naturaliter. Posset etiam esse sine valle, supernaturaliter; nec enim hæc est de essentiâ illius. Obj. 4. Imperfectio erit in Deo. Resp. à defectu rei producenda, sed non productibilis, ad defectum potentie non producentis N.V.C. Ideoque verius & accuratius dicitur; contradictoria fieri non posse; quàm, Deum facere non posse. Similiter: non posse mentiri, non posse peccare, nō impotentiam notat; sed summam Veritatis ac Sanctitatis eminentiam infert. Vid. B. Jac. Mart. in exerc. Metaph p. 105.*

*DEO SOLI GLORIA.*

*os(\*\*)so*

*6*

*Ad politissimum literatissimumq̄*  
**Dn. Auctorem ac Responden-**  
**tem.**

**E**gregium præstant per totam *Philosophiam*  
Usum, quæ *Logici Prædicamenta* voc  
cant.

**I**n disceptandô pariter *Postprædicamenta*  
Ingenium summâ dexteritate juvant.  
**N**on igitur te pœniteat, **POHLMANNE**,  
laboris

Hujus; habes *Logici Philosophiq̄* decus.  
**P**ergito! Sic fiet successu temporis *Arbor*  
*Surculus*, ut melius dicere **JURA** queas.

*bonoris atq̄ favoris ac boni ominis*  
*gratia, l. m. q̄ scr.*

**PRÆSES.**



Ung VI 73

ULB Halle


3

004 108 515









2. 5.  
 EGII  
 I C I  
 TORII  
 I.  
 MENTIS AC  
 AMENTIS.  
 DE  
 SIMO QVE VIRO,  
 VÄCHTLERO  
 Adjunct. dignissimo,  
 suo ætatem co  
 Majori  
 cembr.  
 ventilationi  
 hlmann /  
 Auctor.  
 \*\*\*\*\*  
 annis Hakem. 1668.